

3667/8 de loci indicatione Cyriacana cf. infra. 'In summitate cuiusdam antri prope moenia Tiburis huiusmodi legitur epitaphium' ANTIQ. de n. 3667; 'in alio latere sic legitur' ANTIQ. de n. 3668. 'Tibure in quodam aedificio antiquo apud portam obscuram in fornice ipsius aedificii' IVC. (Ver. 130, Magl. 106) de n. 3668, 'apud Tibur in fenestra quadam facta in fornice quodam, maximo aedificio viam publicam obtegente' IVC. (Ver. 104) de eadem n. 3668, 'ibidem in alio lapide opposito' IVC. (Ver. 130, Magl. 106) de n. 3667. 'In fornice aedium portae obscurae' SIEDER. N. 3667 remansit eodem loco usque ad finem saeculi XVIII; tunc cessit museo Vaticano recens instituto. In ore viae in virdario [nempe S. Ioannis, praecedit enim apud Anonymum n. 3669] ANONYMVS. *Nella villa di Augusto* LIG. OTTOB. (ita enim tunc ab eruditis ea rudera nuncupabantur pro quibus postea villae Maecenatis, nuper autem templi Herculis appellatio obtinuit). *Posta nella volta che cuopre l' antica via Valeria nella villa di Mecenate, avanti hoggi la porta del giardino dei Tobaldi* MARZI (I). Cf. Cabral et del Re p. 39: 'Porta oscura. — Sotto questo nome s'intende una strada pubblica coperta che passava tra le sostruzioni della villa di Mecenate sotto le piazze, e prendeva lume da due cataratte aperte nelle volte, una nella piazza, e l'altra al fine della villa verso Tivoli. Nella prima cataratta sotto la piazza leggesi tuttora l'iscrizione'. Sed paulo postea IDEM AVCTORES (app. p. 4): ora non più ivi esiste, tolta non ha gran tempo da mano ignota, e venduta al museo Clementino. Extat Romae in museo Vaticano (*Galleria lapidaria* mag. III). — N. 3668 multo ante translata est primum in aedes privatas Tiburtinas, deinde Romam. 'Tabula quadrata translata ex villa Augusti quam vulgus portam obscuram vocat' METELL. Tibure in domo Cintiorum ACCVRS. *In casa di M. Gio. Galitio Cenci* OTT., (in) domo Io. Galini Senchez MORILL., in domo Io. Galini Cencii SMET. Romae in vinea cardinalis Carpensis LIPS. STAT. TORR. KNIBB. Inter inscriptiones in aedibus Sfortiae adservatas WINGH. RAFF. Post initium saeculi XVII nemo videtur vidisse; nam nugae faciunt Antonius DEL RE et eum exscribens KIRCHER cum hanc quoque loco antiquo sibi visam esse perhibent. — Non solum n. 3668 sed etiam n. 3667 Tibure translata esse Romam in hortos Carpenses significat IACOBONIVS p. 283, male. — Ex Cyriacanis auctoribus codex Vat. 6875 inscriptioni n. 3667 praescribit 'in scena Tiburtina', n. 3668 'in alio latere', Felicianus inscriptioni n. 3667 'Tibur apud spiraculum scaenae', eidem Ferrarinus 'Tiburtina apud spiraculum scaenae', Donatus inscriptioni n. 3667 (una cum codice Chis. Alciato aliis) 'in aedificio magno extra Tibur' ['in aedificio extra Tibur' Marcanova Mut. 62], solus Donatus inscriptioni n. 3668 'ingens aedificium et sumptuosum' (Romae cod. Marcianus). Videtur Cyriacus de rudibus ubi has inscriptiones vidit pluribus egisse, verba autem eius ab aliis alia repetita esse. Scaenae vocabulum potest Cyriacus arripuisse ex inscriptione n. 3664 v. 5. Locus sine dubio idem significatur atque is quo has inscriptiones viderunt etiam Iucundus et posteriores auctores.

3667	3668
L · OCTAVIVS · L · F · VITVLVS	C · RVSTIVS · C · F · FLAVOS · ITER
C · RVSTIVS · C · F · FLAVOS · ITER	L · OCTAVIVS · L · F · VITVLVS
III · VIR · D · S · S ·	III · VIR · D · S · S ·
VIAM · INTEGENDAM	VIAM · INTEGENDAM
5	5
CVRAVER	CVRAVER

Descripsit Henzen n. 3667; eandem delineavit Ritschl priscae Lat. mon. tab. 75k. Primus utramque descripsit Cyriacus; utraque enim legitur apud Petrum Donatum f. 114. 79 et in codicibus Cyriacanis Marc. XIV, 124 f. 166, Vat. 6875 f. 95, sola n. 3667 in codice Chisiano J 203 f. 6', sola n. 3668 etiam in cod. Parmensi f. 75. Sumpserunt ex Cyriacanis Marcanova Mut. f. 62'. 100, Bern. f. 60'. 80'; cod. Redianus f. 124'. 125; Ferrarinus Par. f. 103. 79', Reg. f. 125'. 92; codex Gudianus 253 f. 131'; cod. Olivae f. 53'. 24 ex Marcanovanis; solam n. 3667 Felicianus Ver. f. 146; Lilius Helmst. f. 96; Alciatus Feae f. 19 et 29; Choler f. 67; Sanutus Ver. f. 23'. Ex lapide Antiquus Tiburtinus n. 5. 6 (Ham. f. 62, Maruc. f. 4; inde etiam Bononius qui putatur cod. Vat. 2967 f. 63'); Iucundus Ver. f. 101 (solam n. 3668) et f. 130 (utramque), Magl. f. 106' (utramque); Sieder ms. f. 76 (inde Apianus 189, 1. 4; n. 3667 Rambertus Maruc. f. 251'); Leoncini ms. f. 4, a quo pendet Mancini apud Metellum f. 345' et apud Pighium f. 3 (ex Mancinianis Manutius Vat. 5237 f. 422; ex simili fonte Gruterus 150, 3 refert inscriptionem n. 3668 adiunctam ad inscriptionem supra editam n. 3650 laudans schedas Ursini). Deinde cum n. 3668 loco mota esset, hanc descripserunt Accursius ms. f. 8; Smetius ms. Neap. p. 1; Metellus Vat. 6038 f. 92'; Morillon Amst. f. 38 (ab eo Smetius ed. 1, 4; ex hoc Grut. 150, 1; in Gruteri ed. 2 v. l. adnotatur ex corrupto aliquo exemplo Cyriacano, sumpto ut perhibetur ex schedis Ursini); Ligorius Vat. 5295 f. 5, Taur. 20 f. 17' (a Ligorio Ach. Statius Vallicell. f. 10'); Ursinus fam. Rom. p. 227, qui dicit se descripsisse (ab hoc Lipsius auct. p. 23); auctor codicis Ottob. 2970 f. 20'. Eandem translata Romam exhibent Winghe Brux. 2 f. 20'; cod. Rafaelli f. 124; manus ignota apud Manutium Vat. 5253 f. 359; Cittadini Marc. p. 13; Iacobonius de gente Caesia p. 283; Lipsius ms. f. 17; Ach. Statius Vallic. f. 34'; Torrentius cod. Brux. 4347 f. 7 missam ut videtur a Nicolao Florentio; Knibbe Berol. p. 32. Nescio unde Panvinius Roma p. 64. Tamquam extantem loco antiquo exhibet Ant. del Re p. 111, a quo pendent Kircher Lat. p. 158 et Crocchante p. 12. — N. 3667 quae remansit loco antiquo descripserunt Accursius ms. f. 9; Anonymus in folio solitario inserto codici bibliothecae Senensis C III 27 f. 81 (idem exemplum refert etiam codex Oscottensis); Metellus Vat. 6038 f. 92'; Pighius Berol. f. 119; Ligorius Neap. lib. 35 p. 188 interpolans; auctor codicis Ottobon. 2970 f. 22'; Marzi I p. 53, II p. 21 et p. 119; Vulpi *diss. acad. Cort.* II, 168, Lat. 10 p. 102. 222. 660; Chaupy *maison d' Horace* 2 p. 414; Cabral et del Re p. 39; de visu memorat etiam Giovenazzi cod. Vat. 9144 f. 38. In museo Vaticano descriptam referunt Marini ms. Vat. 9124 f. 268; Nibby *viaggio* 1 p. 173, *delle vie* p. 101 (inde Orelli 3850), *analisi* 3 p. 196; Promis *antichità di Alba Fuc.* p. 31. Huius corp. vol. I n. 1117. 1118.

Cum altera ex inscriptionibus extet, in altera autem optimi descriptores consentiant et inter se et cum exemplo superstite, deteriorum varia lectio omitti potuit; id tantum adnotare placuit, in v. 5 male habere CVRAVERE Antiquum et Leoncinum in utroque exemplo, recte CVRAVER Iucundum Siederum Metellum, item in n. 3668 quam solam viderunt Morillonium Ursinum Knibbium Florentium, in n. 3667 Pighium; item ut puto recte scripserat CVRAVER Cyriacus (certe ita habent codices Marcianus et Vatic. et Marcanova, item in n. 3668 codex Parmensis; Donatus in n. 3668 habet CVRAVIT, in n. 3667 CVRAVERNT; hoc repetunt multi ex posterioribus). — Cognomina characteribus minoribus ex antiquioribus dat non solum Metellus, sed etiam Antiquus (cod. Marucell., non Ham.), uterque in utroque exemplo. — Ligorius (Neap. 35 p. 188) inscriptionis n. 3667 v. 3 seq. sic exhibet III VIR D · S · S · C | C · MANIVS · C · F · ASPRENAS | M · ANTONIVS · M · F · VESPER; idem Taur. 20 f. 17' una cum exemplo accurato inscriptionis n. 3668 duo exempla proponit tituli ab ipso ex his duobus n. 3667. 3668 et supra relato n. 3664 conflati: VIAM · INTEGENDAM · CVRAVER | C · RVSTIVS · C · F · FLAVOS · L · OCTAVIVS · L · F · VITVLVS · C · LVTTIVS · L · F · AVLIANVS · L · VENTILIVS · L · F · BASSVS · III · VIR (in altero exemplo nomina paullum immutata et transposita sunt).

Locus, ubi hae inscriptiones descriptae sunt saeculis XV et XVI, altera remansit usque ad finem saeculi superioris, non potest dubitari quin fuerit is ipse quo a quattuorviris illis Tiburtinis collocatae erant. Depinxerunt eum locum et alii et Canina *edifizj* (formam locorum dederunt et

alii et Nibby *viaggio* I ad p. 171). Est autem is locus, ut apparet ex tabula Caninae et testimoniis supra relatis, solida structura tectus. Veri simile igitur est integendum vocabulum ita accipiendum esse, ut acceperunt paene omnes qui de his inscriptionibus egerunt (primus quantum scio Ligorius cod. Vat. 5295 f. 5'), nempe ut parti viae a porta Tiburtina Anienem et Romam versus ferentis a quattuorviris illis solidum tectum impositum sit. Factum id esse putant cum construeretur magnum illud aedificium ab aliis villa Maecenatis, ab aliis templum Herculis appellatum. *Colla erezione di questo edificio immenso*, Nibby ait (*analisi* 3 p. 196), *si venne ad intercettare la via antica, onde i quattuorviri L. Ottavio Vitulo e C. Rustio Flavio, affine di mantenerne il transito costruirono una volta gigantesca, della quale rimane ancora una parte. Questa via coperta venne illuminata da abbaini quadrilunghi, che furono aperti in mezzo alla volta, due de' quali rimangono ancora, e del terzo si vede la traccia. Nella rovina del tempio superiore questi abbaini rimasero ostrutti, e perciò la strada coperta ebbe il nome di Porta Oscura.* Similiter reliqui. Nihilominus optandum est, ut vir aliquis architecturae antiquae peritior quam Nibbyus, diligentior autem et religiosior quam Canina — Carolus Promis in libro de Alba Fucente p. 31 obiter tantum haec attigit — locum quo steterunt inscriptiones n. 3667. 3668 denuo examinet suumque iudicium de opere quod Octavius et Rustius quattuorviri Tiburtinis faciendum curaverant nobiscum communicet.

**3669** Tiburi in basilica divi Ioannis apud eandem portam obscuram supra clibani os IVC.; in monasterio S. Ioannis Bapt. prope portam Collis, litteris semipedalibus ACC.; in viridario S. Ioannis in pariete ANON.

L · OCTAVIVS · L · F · CAM · VITVLVS · IIII · VIR · I · D · ITER

Iucundus Ver. f. 130, Magl. f. 107 (ex Iucundo pendet Donius ms. Neap. p. 158, 5); Accursius f. 9'; Anonymus in folio solitario inserto codici bibl. Senensis C III 27 f. 81. Edita est ex Iucundo huius corp. vol. I n. 1119.

**3670** columna alta p(almos) 9<sup>1</sup>/<sub>4</sub>, diam. sup. p(alms.) 1.11, diam. inf. p. 2.2. 'Asservatur in aedibus marchionissae Corsini' REVILLAS (Berol.), inter Tiburtinas.

L · ORBIVS / F  
L · ANILIVS · L // AD  
III VIR  
L · N AMARTENVIAI  
5 DE · S S  
NASICA  
DONVM · DEDIT

Revillas sched. Berol., ubi dicit se descripsisse, et in topographia agri Tiburtini (inde Murat. 2024, 6).

Videntur duo tituli, alter duorum magistratuum (quattuorvirorum ut videtur, siquidem v. 3 pro III VIR scribendum est III VIR), qui opus aliquod *de s(enatus) s(ententia)* (v. 4) curaverant, alter dedicatus a Nasica, male confusi, non culpa eius qui descripsit, sed ea ut puto re quod qui recentiore ex his titulis incidit antiquiorem imperfecte delevit.

**3671** fragmentum tabulae crassae lapidis Tiburtini. Rep. Tibure inter opera Anienis deducendi gratia facta. Extat in hortis publicis (villa Gregoriana).

parasitica T · ORBIVS · L ·  
BASILICAM  
POPVLO

Descripsi. S. Viola *cronaca dell' Aniene* (1835) p. 131; Massimo *relazione* p. 384 n. 39; Steph. Rossi *bull. dell' Inst.* 1838 p. 103; Amati sched. Vat.; Mommsen descripsit anno 1847.

**3672** a fragmentum est marmoreum epistylia ut videtur alti m. 0,28 litteris cm. 9. *Da Tivoli, Vescovali*, praescrisit AMATI; a extat Tibure in curia.

a b c  
Q · QVINCTIVS · Q · F IIII · VIR · TERT · C · AVGVRE

Ego descripsi ex fragmento a ea quae dedi litteris rectis. Omnia exhibet Amati ms. Vat. 9743 f. 34'.

Tria fragmenta non iuxta posita exhibet Amati, sed b et c adiungit ad a tamquam eiusdem inscriptionis versum secundum et versum tertium. Verum cum fragmentum a infra videatur esse integrum, ego fragmenta ordinavi sic ut supra.

**3673** tabula marmorea. Effossa Tibure d. 1 Apr. 846 presso il tempio di Diana e le antiche terme (i. e. in platea S. Andreae, cf. Viola *decennio* p. 258 seq.) VIOLA. Extat in hortis publicis muro inserta.

T · S A B I D I O  
P R A E F · C O N  
AVGVRI · SALIO · CVRATORI FANI H. U

Descripsi. St. Viola misit Borghesio (unde est in epistula huius ad Melchiorrium opp. 8 p. 42), edidit *decennio* p. 10 (inde *bull. dell' Inst.* 1849 p. 91).

3 supplevit Viola.

**3674** cippus marmoreus. Rep. Tibure mense Dec. 1835 prope Anienem *nella vigna Tomei, verso il cunicolo sinistro* VIOLA. Extat in hortis publicis.

T · SABIDIO · T · F · PAL  
MAXIMO  
SCRIBAE · Q · SEX  
PRIM BIS · PRAEF  
5 FABRVM PONTIFICI  
urceus SALIO CVRATORI patera  
FANI HERCVLIS V  
TRIBVNO AQVARVM  
Q · Q · PATRONO  
10 MVNICIPII LOCVS  
SEPVLTVRAE DATVS  
VOLVNTATE POPVLI  
DECRETO · SENATVS  
TIBVRTIVM

Descripsimus Mommsen et ego. S. Viola *cronaca dell' Aniene* part. II (1836) p. 35; Massimo *relazione* p. 386 n. 57 (inde P. H. Visconti *giornale arcad.* 76, 1838 p. 323); Borghesi acceptam ab Iosepho Secchi tractavit in epistula data ad St. Violam d. 12 Dec. 1845 (opp. 7 p. 574); Bulgarini *notizie* p. 33; St. Viola *decennio* p. 7 (inde *bull. dell' Inst.* 1849 p. 90); Henzen, qui vidit, syll. n. 7149.

14 TIBVRTIVM ego lapsu ut puto calami; TIBVRTIVM Momms. cum prioribus omnibus.

**3675** tabula marmorea reperta in rudibus villae antiquae supra viam Valeriam ante tertium a Tibure miliarium, deinde Tibure apud De Angelis CABR. Nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* omne genus I).

T · SABIDIO · PHOEBO  
HERC · AVG · CVR  
QVAESTORI  
PATRI · OPTIMO

Descripsit Henzen. Cabral et del Re *appendice* p. 10 (inde per Fr. Bulgarinum St. Viola *decennio* praef. p. XIV, errore ineditam putans).